Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=1
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Georg 1103

* Landesbücherei * Dessau

Georgs-B.

456

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=2
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Sermo de virtute excõicationis

Fratri Martino Luther Auguſtiniano

a linguis terciis tandē

euerberatus.

F, MARTINVS LVTHER PIO LECTORI SALVTEM,

¶ Magna vere gr̄a mihi a dn̄o nr̄o Iheſu Chriſto collata videtur, vt verba mea ſolius, tam ingrata & odioſa ſint multis, deinde neſcio ī quot hęreſes (ceu prothei quidā eſſent) ſecūda pene lingua tranſformētur, Et niſi idem ipi dn̄o noſtro Iheſu Chriſto, Apoſtoliſq; oīibus atq; ꝓphetis contigiſſe ſcirem, iamdudū deſperās, ſilentiū eſſem, Nūc vero cū vrgeat officij mei neceſſitas, conitor, ꝙ magis obediēdū ē deo, q̄ hominibus, paratiſſimus officiū & titulū docēdi relinq̄re, Si ita placet maioribus Eccl'iȩ (.i. Chriſto) Sin retinendū eſt, dent veniam & boni conſulant, qui volent, mei ſtudij erit, oīibus viribꝰ ſudare, vt Chriſtus, Chriſtum, Chriſto nunciet, & audiat, Hęc commemoro, pie mi lector, ꝙ Sermonē quendā de excommunicatione, feci ad populū Vuittenbergenſem, cuius vt ego prope ſum oblitus, ita aduerſarij miſeri, ſunt plus q̄ oportet, memores, interp̄teſq; rigidiſſimi, ne dicam iniquiſſimi, dabo itaq; operā, q̄tū ſufficit memoria, vt ſenſa, ſi non verba totius ſermonis, oīa ī publicū exponā, vt probē, ea me docuiſſe, quorū neq; me pęniteat tractatorē, neq; piū auditorem, quid aūt amici mei paraphraſi, aut pſeudophraſi ſua fecerint, aut faciant, det dn̄s, vt aliq̄n videant & ipſi, Amen, Vale,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=4
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

¶ Debitū vobis Sermonē totiesꝗ ꝓmiſſum, tandē aliqñ ꝑſoluo, hoc ē, de Virtute Excommunicationis hodie dicendū eſt, qđ vt planiſſime intelligatis, diſtincte ꝓcedam.

¶ PRIMVM,

Videndū, quid ſit excommunicatio Eccľię, Et quātū vis vocabuli valet, Excommunicatio nihil eſt aliud ꝙ̄ priuatio cōmunionis, & extra communionē fideliū poſitio, Eſt aūt fideliū communio duplex, Vna interna & ſp̄ualis, alia externa & corꝑalis. Spiritualis eſt, vna fides, ſpes, charitas in deū. Corporalis eſt participatio earundē ſacramentoꝝ.i. ſignoꝝ fidei, ſpei, charitatis, quę tñ vlterius extenditur vſꝗ ad communionē rerū, vſus, colloqui, habitationis, aliarūꝗ corꝑalium conuerſationū.

Igitur ſicut priore illa ſp̄uali communione, nulla creatura p̄t animā vľ communicare, vel excommunicatā reconciliare, niſi deus ſolus, Ita non p̄t communionē eandē vlla creatura ei auferre, ſeu eā excommunicare, niſi ſolus ip̄e homo, ꝑ peccatum ꝓprium.

Hęc ſn̄ia ſatis patet, quia fidē, ſpem, charitatē, nulla creatura p̄t conferre, vel auferre, Iuxta illud Ro: viij, Quis ſeꝑabit nos a charitate dei? Et infra, Certus ſum, ꝙ neꝗ mors, neꝗ vita, neꝗ angeli, neꝗ principatus, neꝗ virtutes, neꝗ inſtātia, neꝗ futura, neꝗ fortitudo, neꝗ altitudo, neꝗ ꝓfundū, neꝗ alia creatura, poterit nos ſeꝑare a charitate dei, q̄ ē in Chriſto Iheſu dn̄o noſtro. Et.i. Pe: iij. Et quis eſt quo vobis noceat, ſi boni ęmulatores fueritis?

¶ SECVNDVM,

Conſequēs ergo eſt, ꝙ excommunicatio Eccleſiaſtica, eſt dūtaxat externę priuatio communionis, ſcz ſacramētoꝝ, funeris ſepulturę, publicę orōnis, deinde aliarū (vt dictū eſt) corꝑalis neceſſitatis rerū & conuerſationū, Hæc em̄ ſn̄ia nota eſt, ſic & Paulus.i. Corin: v. ſcribit, Vt non commiſceant̄, nec cibū ſumāt cū eo, qui nominat̄ inter eos, fornicator, maledicus, ebrioſus, rapax &c̄. Et.ij. Teſſa: iij. Siquis non obedierit v̄bo nr̄o per epľam hāc, notate, & nō cōmiſceamini cū illo, vt confūdatur. Sequitur, Et nolite quaſi inimicū exiſtimare, ſed corripite, vt fratrem. Hæc ſi non de excommunicatione externa ſalua interna communione, dicta ſunt, fateor me non intelligere Apoſtolum Paulum, Et Iohannes epiſtola ſecunda, Si quis venit ad vos, & non affert doctrinam hanc, nolite

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=5
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

eũ in domũ recipere, nec aue ei dixeritis, Qui em̃ dicit illi aue, communicatur opibus eius malignis.

¶ TERCIVM.

Excõmunicari, non eſt animã tradi diabolo, neq; priuari bonis Eccl'ię, communibuſq; orationib⁹ eiuſdem, Hoc ex dictis abũde patet, quia manẽte fide, ſpe, & charitate, manet vera cõio, & participatio oĩm bonorũ Eccl'ię.

¶ QVARTVM.

Excommunicatio, ſi iuſta eſt, ſignificat poti⁹, animã eſſe diabolo traditã, & Eccl'ię communione ſpũali priuatã, quia fertũ ſuper eũ, qui peccato mortali ſeipm̃ priuauit communione charitatis, & diabolo ſeſe tradidit, Sicut econtra reconciliatio: ſacramentũ ẽ & externũ ſignum, interioris reconciliationis & communionis, Ideo verũ ẽ, ꝙ excommunicatio eccleſiaſtica, non infert, ſed p̃ſupponit aliquem eſſe in morte & peccato. i. vere excommunicatũ ſpũaliter.

¶ QVINTVM,

Excommunicatio, ſi ceſt tp̃alis & corp̃alis, vt tñ ordinet̃, non contra, ſed ꝓ communione interiore, vel rep̃anda, ſi iuſte lata furit, vel augenda, ſi iniuſta fuerit.

Probatur hoc ꝑ Apoſtoli. ij. Corin: vlt: Agã ſcd'm ptãtem quã dedit dñs mihi, non ĩ deſtructionẽ, ſed ędificationẽ, hoc certe intelligo, ꝙ non poſſit deſtruere, ſed tm̃modo ędificare per Eccleſiaſticã ptãtem, Nã & illũ fornicariũ. i. Corin: v. ſic excommunicauit, & Satanę tradidit, vt ſpũs nihilominus ſaluus fieret, & vt ſupra dictũ eſt, Non exiſtimãdi ſunt quaſi inimici, Sed corrigendi vt fratres, non vt perdantur, ſed vt confundãtur, Et vt audatius dicã, Nec Chriſtus, vt homo, hãc habuit ptãtem ſep̃andi animas, ſicut dicit Ioan: vi. Om̃e quod venit ad me non eĳciã foras. Et iterũ, Hæc ẽ volũtas eius, qui miſit me patris, vt om̃e qđ dedit mihi, non perdã. Et iterum alibi, Non venit filius hominis ꝑdere, ſed ſaluare animas. Itẽ ad hoc eſt apertus q̊q; textus li: vi. de ſen: ex: c. Cũ medicinalis, qui valde eſt notabilis, dicẽs, Cũ medicinalis ſit excommunicatio, non mortalis, diſciplinans, non eradicãs, dum tñ is, in quẽ lata fuerit, non contẽnat, caute ꝓuideat Eccleſiaſticus iudex, vt in ea ferenda, oſtendat ſe ꝓſequi, qđ corrigentis fuerit & medentis, Hęc ibi, Cur non dixit, qđ perdẽtis & occidẽtis fuerit, ſicut quidã deſperati timent, imo quidam Officiales tyranni affectant; Igitur Eccleſiaſtica excommunicatio, ẽ piũ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=6
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

& maternũ Eccľię flagellũ, ſuper corpꝰ & res corpis impoſitũ, quo non trudit ad infernũ, ſed potius reuocat, & vrget ad ſalutẽ eos, qui ad inferna ꝓperant, ideo cũ ſumma exultatione, & reuerẽtia ſimul amplectendũ, nedũ patientiſſime ferendũ ẽ.

¶ SEXTVM.

Illud ſolũ & maxime oĩm curandũ eſt, ne excommunicatio tã fidele ſalutis miniſteriũ, contẽnatur, aut impatientius ferat, quia non modo ꝓpter ptãtem Eccľię, quę per ſeipam ſemper eſt metuenda, Sed etiã ꝓpter piam huius ptãtis opationem, & ſalutis ꝓprię ꝓmotionẽ, amanda. Sit ſimile, ꝙ mater corripiat dilectũ filiũ, qñq; meritũ, qñq; ĩmeritũ, Hic conſtat pium eſſe flagellũ, & filio ſalutare, Q; ſi ipe impatiens maternę huiꝰ diſciplinę, non omiſerit ꝓhibitũ, aut non fęcerit iuſſum, Sed furens in matrem inſurgat, aut contẽnat, Ecce tum incurret in mandatũ dei, vbi p̃cipit parẽtes honorari, & fiet, vt ex vnica leuiuſcula diſciplina, q̃ ſine peccato, ĩmo cũ merito erat, ſibi conflet, deteſtabiliſſimã culpã, & ęternã pœnã. Ita & nr̃o ſæculo fieri (heu miſeriã) videmus, vt officiales trucident, notarios & nũcios cędãt, mergãt, captiuẽt, aliaq; deteſtabilia portenta committãt, qđ non facerent credo, niſi vulgata illa erroneaq; opinione, crederent ſeſe per excommunicationẽ, tradi ĩ damnationẽ, ac non potius quęri ad ſalutẽ, Hinc em̃ ſcelerıbꝰ adijciũt deſperationẽ, nouiſſimũ oĩm, horrẽdiſſimũq; malorum, Atq; hæc cauſa fuit, vt hũc ſermonem meditarer, & nũc ęderem q̊q;, Q; q̃ iuſte permittat hãc cędem in officiales deus, vt qui hãc ſnĩam ſalutis abſconditã cupiũt, quo ſecurius tyrannidẽ ſuam falſo terrore hominũ ſtabiliant, tandem extrema tyrannorum etiam patiantur,

Si vero populus huius ptãtis & excommunicationis optimã neceſſitatẽ, & ſaluberrimam vim, ac non contra eos, ſed ꝓ eis, valere, doceretur intelligere, minus ipi periculoꝝ, & quietiorẽ obedientiã in populo haberẽt, quin & gloriã & amorẽ obtinerent.

Igitur, mi fratres in domino, nolite hęc portenta cogitare, Sint Officiales vel publicani, huiꝰ poteſtatis, miniſtri, ſint in q̃ boni, mali, qualeſcũq;, non nocebit ptãs ipa vobis, ſed ꝓderit ſemper, ſiue ſit in vſu vel abuſu, tm̃modo recte feratis eam, aut cũ humilitate euadere ſeu ſolui q̃rite, Matrẽ intuemini Ecclesiã, Quid ad te, ſi virgã ſuã ſup te ponat ꝑ manũ indigni? nihilominꝰ Matris tuę dulciſſimę virga ẽ: & q̃ dẽ ſaluberrima

¶ SEPTIMVM,

Id potius aduerte, & oculos huc verte, vt illđ magis, vel facias
vel omittas, ꝓpter qđ excommunicaris & flagellaris, q̄ quo
mō virgā non feras, ſed hui, oīa hæc ꝑuerſiſſima ſūt, non qđ
velit, ſed quid faciat dūtaxat virga, conſideram⁹, Quis ē em̄
nūc inter nos, qui tāto timore, timeat deū offendere (ꝓ q̄ vtiq
ſolo excommunicamur, ſi iuſte excommunicamur) q̄to ſtu-
det excommunicationē vitare vel euadere: Ita fit, vt ſemꝑ pę-
nas, etiā tam pias & bonas, plus timeamus, q̄ horrendiſſimas
culpas, Et ad id, ꝓh dolor, cooꝑantur, tā minaces & imperioſi
huius optimę p̄tātis miniſtri, rabulę forenſes.

¶ OCTAVVM,

Excommunicatio, non tm̄ ꝓ fidei contumatia, ſed pro q̄libet
crimine ſcādaloſo debet ferri, patet hoc ex p̄dictis, vbi Paul⁹
i. Corin: v, &. ij. Teſſ: iij, Iubet vitari etiā fornicarios &c̄. q̄ q̄
magna ſit miſeria, & huius poteſtatis iniuria, ꝙ ꝓ ſeptima aut
octaua ꝑte floreni, q̄n̄q excommunicēt, relictis interim hor-
ribilib⁹ & ſcandaloſis criminibus impunitis, effi̇cto ad hāc ty-
rannidē colorādam, ſatis vafro cōmento, ꝙ ſcz, non ꝓpter
trāſgreſſiones, ſed ꝓpter contumaciā excōmunicēt, q̄ſi non
ſit hoc crudele ſatis, ꝙ pauperē ꝓ tantillo p̄tio trahunt ꝑ tātū
ſpaciū, in tantas carnificinas ſuas, Sed hęc alias.

¶ NONVM,

Id ſuper om̄ia, & in ijs om̄ibus conſiderādū eſt, ꝙ p̄tās Eccl'ię
cū ſit Chriſti p̄tās, licet ꝓ noſtris peccatis plærūq tradat̄ Pilatis
Herodib⁹, Annis & Caiphis, violentiſq alijs tyrannis, nr̄m tn̄
eſt, eā ſummis ſemper ſtudijs reuereri & colere, exēplo Chr̄i, q̄
ſic Annā, Caiphā, Pilatū honorauit, Ideo nec indigniſſimæ
eiuſdē abuſiones, nos debēt ꝑmouere, quin quicquid iꝑa fę-
cerit, hilariter feramus, aut ſaltē cū reuerentia declinemus, Nam
tēpus nr̄m periculoſiſſimū eſt, ideo prudētiſſime c porter nos
agere, ne ꝓpter perſonas, p̄tātem pariter vilipēdamus, immo
ꝓpter p̄tātem, etiā viliſſimas perſonas honoremus, Sic enim
irat⁹ nobis dicit, dabo pueros principes eorum, & effęminati
dominabūtur eis. Iſa: iij, Atq id eo facilius efficiemus, quādo
cognoſcimus, ꝙ in anię ꝓfectū vel defectū nihil poſſunt niſi
occaſionaliter & exercitiue, & tentatiue (vt ita loquar) agere.

¶ DECIMVM,

Excommunicatio iniuſta, nobiliſſimū meritū eſt, ideo dulcit̄
ferēda, ſi excuſationi tuę humiliter p̄ſtitę, locus non fuerit da-
tus, Hic em̄ dices illud p̄s. cviij. Maledicent illi, & tu benedices

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=8
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

tm̄ vide, ne ptātem contēnas, vis ptātis ꝑdeſt, contēptus vero
tete perdet, Nā ſi filio (vt dixi) īmerito correpto, co maior grā
matris accedit, poſtq̃ cognita fuerit eius innocentia patiens,
q̄to magis apud deū maiorem gratiā conſequetur, ſi patienti
innocētia etiā a matre ſua Eccl'ia tulerit diſciplinā, īmo ſi ad=
uerſario iubemur conſentire, & benigni eſſe ī via, quāto ma=
gis dulciſſimę matri Eccl'iæ, etiā ſi per indigniſſimos nos fla=
gellet, Ipa em̄ manet Mater, quia manet Eccl'ia, manet aūt Ec=
cleſia, quia manet Chriſtus eius ſponſus in ęternū,

¶ VNDECIMVM.

In excommunicatione iniuſta ſumme cauēdū, ne id deſeras,
omittas, facias, dicas, ꝓ q̃ excōmunicaris, niſi id ſine peccato
fieri poſſit, Nā iuſticia & veritas, cū ſint de iteriore communi=
one Eccl'ię, non debent omitti ꝓpter excommunicationē ex=
teriorē, etiā ſi ad mortē vſq̃ ꝓcederet, quia ſic peſſime omniū
excommunicaret, ſiquis excommunicari timeret, debet ergo
hūiliter ferre, & mori iu excommunicatione, Nec tīmere qđ
non accipit ſacramētū Eucharistię, funeris ritū, ſepulturas &c̄,
Hæc incompabiliter minora ſunt, q̄ vt iuſticia ꝓpter ea ꝑdat,
Nā qui etiā iuſte excommunicatus, moritur, non ideo dāna=
bitur, niſi forte non contritus, & cū contēptu excōmunicati=
onis moreretur, Contritio & humilitas om̄ia ſoluit & placat,
etiā ſi exhumet, aut in aquas ꝓijciatur. Beatus aūt & bn̄dictus,
qui ī excommunicatione iniuſta mortu9 fuerit, qa ꝓ iuſticia
quā non deſeruit, etiā tanto flagello ꝑcuſſus, coronabitur in=
ęternū.

¶ DVODECIMVM.

Monēdi tn̄ ſunt Pontifices, & eoꝝ miniſtri, vt cenſuras graua=
tim, & q̄ fieri p̄t, rariſſime terāt, Quia cū cenſura ſit lex quædā,
Oīs aūt lex ſit virtus & occaſio peccati, & ſine grā dei, lex non
impleat, grām etiā dei (.i. legis impletionē) dare ipi non pn̄t,
Nihil aliud faciūt, multiplicando leges & cenſuras, q̄ ꝙ multi=
plicandoꝝ peccatoꝝ, & offenſionū dei cauſas & efficaces oc=
caſiones p̄ſtant, q̄tūlibet em̄ nos obedire tenemur eorū p̄ce=
ptis, multomagis tn̄ ipi tenentur ſeruire nr̄is infirmitatibus.

τελοσ.

ANNO, M, D, XVIII,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=11
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=12
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=13
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=14
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=15
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=16
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

X 2

Sermo de virtute excōicationis

Fratri Martino Luther Auguſtiniano
a linguis terciis tandē
euerberatus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568021835-17/fragment/page=17
Stadtarchiv Dessau-Roßlau